

in pupillari adhuc etate vitam finierit. Unde tamen testamentum ille non confecerit. Substitutum tamen ad matrem eius pervenisse: non ipsa pupilla, sed ipsa quodammodo lege horum causa existens: quamvis nemo successorem gloriose memorie Hierii circa voluntatem eius deliquisset. Licet enim Constantis, cum testamenti tabulas conficeret, substitutiones quasdam fecerit, filia intra pubertatem mortua: nihil tamen inde excellens introducit: cum & ipsa lex pupillae substitutionem matris, quasi ea sine testamenti tabulis deceisset, per se praebitura esset.

C A P. III. Sancimus igitur, ut neque gloriosissimus vir Alexander, aut eius filii, neque reliqui senioris Hierii gloriose memorie liberi, neque alius quisquam omnium qui genus suum in eorum familiam referunt, vel Marianam & Marianam gloriosissimas feminas occasione rerum apud ipsas constitutum, vel alios apud quos sequente tempore perventurae sint, in ad quibus alienationem forte Hierii gloriose memorie prohibuit, ad omnino iudicio, aut omnino mentionem de cetero prohibitionis & familiaris nominis faciant, & aliquid sibi exinde usque adquirant: utpote cum & alii Hierii gloriose memorie filii res suas abalienaverint, & reliquorum quodammodo alienationibus consenserint, ac per has, neque non alias, quas praediximus rationes, quae ad huiusmodi iudicacionem & legislationem abunde nobis sufficiunt, sibi pariter, & successoribus suis actiones, quae ipsis potuissent competere, sustulerint. Atque haec non tantum praesentis causae decisis esto, sed & reliquarum in quibus huiusmodi prohibicione facta, de successione praeterierint, & ultimus heredum per interventientem aliquem in medio impuberem hereditatem capeffit. Tunc enim his etiam, qui sunt extra familiam eius, qui primus prohibuit, per praesentem nostram legem transmittendam rerum licentiam habeat. Si quidem in commune haec legem, tam de praesenti casu, quam de omnibus postea futuris ad eum modum prohibitionibus protulimus, simul contentionem componentes, quae hoc tempore evenerat, simul (ut probabile est) futuras praecedentes.

TIT. XLIII. EXEMPLUM SACRAE PRAGMATICAE FORMAE DE USURIS. NOVELLA CONSTIT. CLX. Imperator Justin. Augusti. Papii. P R E F A T I O.

Aristocrates prudentissimus Aphrodisiensis reipublice pater, qui quae immobilia in ea possident, supplices nobis facti sunt, amentes praedicant civitatem &c. Ac principio quidem illud cognoscimus, quod plerique leges nostras ita accipiunt atque intelligunt, ut unde minime conveniat, inde in iustitiam ipsi actionem ansas praebent. Si quidem a patre reipublice edocui sumus, quod cum bene magna auri summa Aphrodisiensis reipublice ex legibus a nonnullis civitatis relicta collecta esset, ne quando ea deperiret: quidam eorum qui in reipublica cum potestate erant, eam auri summam collocaverint, ut quandiu id auri apud ipsum derideret, tandiu qui suscipisset, quodquo anno pro eo civitatis dependeret (sive quis pactum, sive reditum, sive etiam usuram appellare velit) quantum ferre civitatem aequum esset. Eos vero, qui auri susceperunt, postquam constitutionem protulimus, ne creditoribus permitatur, ut debitum ultra 2 duplum exigere, sed hoc ipso duplo contenti sint, sine legatum civitatis deperire, & tam caelestiones balnearum publicarum, quae exinde fieri soleant, injuria affici, quam opera publica per legem nostram labefactari, & illorum interpretationem vitium adferre reipublice.

C A P. I. Ut igitur omnia haec e nostra expulsum reipublica, sancimus, ut qui id auri perciperent in hoc, ut pensionem pro aliquo pro eo percipiant reipublice singulis annis, quoad illud penes se aurum habuerint, inferre compellantur id quod pro eo illatorum constituerint, haudquaquam sacra nostra ad hoc constitutione usurpata. Illam enim de creditoribus conscripsimus, & qui in ea comprehenduntur, casibus. Praesens vero species illam non attingit: liquidem hoc magis annuo reditu, quam usurarum praestationi simile videtur, nos autem ex aequo civitatum curam gerere oportet, ut rerum fiscalium. Quod si quis post haec praesentem nostram formam aliter ea quae a nobis lege promulgata sunt acceperit, & defraudare civitatem dato auro voluerit: & pro universo tempore, quantum debet, civitati persolvat, & praeterea reddat duplum: ut malitiosae interpretationis iustam retributionem percipiat: propterea quod cum in manu illi esset, ut bonum fe perhiberet civem, ita improbus est, ut quae illum in lucem proteralerit, eam non dubitet afficere injuria.

TIT. XLV. DE 12 PROVINCIARUM PRESIDIBUS. NOVELLA CONSTIT. CLXI. P R E F A T I O.

Non tantum accurate leges ferre summo bono est, sed etiam facta accurate custodire, & ad effectum deducere transgressoresque competentibus poenis subjicere. Quae enim legum erit

1 Et ita excluduntur gentes in hac hypothese. 2 Adde l. 62. ff. de acquir. ver. 3 Alienatione prohibita extra familiam, omnibus vendentibus, vel pacto consensientibus, fideicommissum remittit. l. 77. §. 27. ff. de leg. 2. vid. l. 11. Cod. de fideicommiss. 4 Ut motus per abnepotem in pupillari estate decedentem. An ad alios casus id extendi potest? non tenetur. vid. Cujacius in l. 1. §. 1. ff. de pupill. 5 De pecuniis & usuris civitatum. Index Regium, adde l. fidei commissum, §. 33. ff. de nomina. 6 Invenit, sinceritas unde manant. 7 Dubitatum iraque fuit de contractis five actus de nomina. 8 Idque rectius: nihil est enim aliud reditus pecuniae, quam usura, l. 23. ff. de praescript. l. 30. ff. de admind. 9 Usurae supra duplum non debentur, n. 69. 10 De reditu in pecunia consensio vid. Moliniam de usur. cap. 1. Novell. 133. cap. 4. l. 2. §. 13. ff. de usura. 11 Annulli reditus & usurarum subiectionem differantiam oblatum. 12 De praesentibus, Index Regium, adde Novell. 95. Novell. 128. 13 Haec Novella est Tibertii. 14 Fautum est. 15 Leges sanciri, nisi custodiantur. Novell. 26. cap. 1. Novell. 133. cap. 4. l. 2. §. 13. ff. de usura. 16 Legum vitium, quod in eorum scriptura consistit, fed observacione. 17 Balidum est. 18 Nota, quod promovere oportet ad capere magistratum, aliam cum redimere. 19 Nota, quod promovere oportet ad

utilitas, si in literis duntaxat consistant, non etiam per ipsa facta atque opera subditis utilitatem de se praebent? Ac scimus quidem, quam vehementer majestas Imperatoria collatorum curam gesserit, cum aliquoties definerit, ut provinciarum praesides officia gratis suscipiant: quo magis & ipsi, cum pure his utuntur, aequum & bonum subditis impertiant, & ex collatorum incoluntate omnium rerum copia abundet reipublica. Sed haec quidem per immoediam avaritiam eorum, qui officia reddunt 17 potius, quam suscipiant, devicta paulatim in oblivionem devenerunt.

C A P. I. Nos autem de his propositas leges renovantes, sancimus, ut illi magistratum gerant, qui & bona exultatione noti sunt 18, & in excelsa iustitia plurimum repositorum sollicitudinis. Sed & ut citra ullum munus & largitionem magistratus suscipiant. Item ut tam collatores incolomes indemesque conferant, quam publica 19 tributa diligenter expediant. Praeterea ut neque per se, neque per adfessores suos, aut cancellarios 20, domesticosve aut quempiam eorum, qui ad ipsos pertineant quidquam a subditis accipiant, nisi in quadruplum velint, (ut leges loquuntur) quod ab ipsis acceptum est, dependere: sed contenti his sint, quae lege ipsis deputata sunt & publico. Simulataque magistrato abierint, ut per solennes quinquaginta dies in provincia alideant, sub publico versantes conspectu, & omnibus actionem intantare volentibus respondeant. Lite vero intra quinquaginta dies non finita, si quidem pecuniaria sit, procuratorem dato: si vero criminalis, ad terminum usque causa permanet, his, qui in causa iudicant (sive magistratus sint, sive a praefectis dati) nisi intra viginti dies, quam initium coeperit, eam litem finirent, decem libras auri mulctandis: lite nihilominus secundum praedicta procedente. Si qui enim mala conscientia simulati, vel clam auferunt 21, vel ad sacras 22 aedes decurrunt: substantia exident, secundum legem pro modo admittitur inter injuria affectos dividunt. Et quemadmodum procedens de hoc constituto & ex parte, prout ante lege 23 comprehensum est, stiterit: quo pro collatoribus 24 introducta sunt, ea firma permanento. permanentibus videlicet & aliis firmis, quae ad collatorum utilitatem de praesentibus pulchre a majestate facta sunt Imperatoria. Quemadmodum autem eos, qui haec perperam in se admittunt, punimus: ita & eos, qui per haec causa contra interdictum aliquid ab ipsis accipiunt 27, restitutioni quadrupli subijcimus.

C A P. II. Atque ut haec ita cavemus lege, ex eo nobis in mentem venit, quod pluris 28 a nobis fit subditorum opulentia & medela, quam reditus qui exinde inferuntur Imperio. Contrarium enim una cum largitionibus praesidium in arcum ipsa etiam suffragia 29, quae Imperialis inferebantur rationibus, & magnum reddebant pecuniarum cumulum: quo magis haec causa & reipublica meliore successu potuit, & locupletior redeat, aliquot retro temporibus a nonnullis excogitatis praestationibus liberata. Una enim hac res potentie nostrae studio 30 est, ut provinciae & bonis gubernentur legibus, & tuto inhabitentur, neque non ex praesentibus iustitia fructum capiant, & tributa publica sine quereia inferantur: neque enim aliter conservare licet reipublicam nisi 31 pietissimae praestationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutrumque coepe, ut resistat hostibus, & per agros ac urbes agantur excubiae: perstruant item reliqui ordines adtribuiti sibi salaribus, reparantur quoque muri & urbes, denique omnia alia proveniunt, quae communem subditorum utilitatem concernunt.

C A P. III. Quae igitur nobis placerunt, & per haec sacra declarantur legem: ea gloria tua in alma hac urbe, & effectui ac fini tradere studeo, atque observari praecipito. TIT. XLVI. SACRA FORMA TRANSMISSA DOMINICO GLORIOSISSIMO PRAEFECTO, DE DIVERSIS CAPITULIS. NOVELLA CONSTIT. CLXII. Antonius Contio Interpretet. P R E F A T I O.

Percontata nos est tua gloria de quibusdam controversis apud dilectissimos ejus quod apud Illyrios est fori causarum curatores, quae quidem dixit nos iudicacione egere, ut non perpetuo differant.

C A P. I. De donationibus. Primum 33 igitur capitulum tale erat: Mulier quaedam super his quae ei a conjuge donata fuerant rebus, non tamen traditae, volebat mortuo viro & qui silentium egerat super donatione, res persequi, ut domina harum tam donatione quam silentio viri facta. Opponebatur 34 detentoribus, exceptionem ipsam solum habere contentam, si detineret, non tamen & ab alio posse ipsa vindicare. Quod igitur controversum fuit, tale erat. Nos vero recordati fu-

magistratum. 19 Novell. 8. c. 8. 20 Cancellarii sunt a secretis iudicum, dixi ad l. 8. C. de adfessoribus. 21 Erant aliqui heredes, quosque per interpositum personam id fit, quod lex vetat heredi. l. 5. Cod. de legibus: adde l. 5. ff. de l. Jul. repetend. 22 Novell. 8. c. 9. 23 Vaga iudicium reddit. Novell. 53. cap. 4. l. 15. Cod. de provincialibus, adde leg. 25. ff. de Senatorialibus Silianis. Bal. in l. admodum. 31. ff. de iur. jur. Exceptiones vero huius regule, vide apud Soan. regula 163. 24 Fuit Novell. 27. Vid. l. 1. l. 2. §. 10. ff. de l. Jul. repet. 25 Novell. 128. 26 De Novell. 128. modis optimis Princeps anteponit. Notandum illud sine est, Marcum Antonianum Imperatorem fisco, in casu compendi nungquam fuisse. Capitulum in eius vita, quod vid. quae notari ad Novell. 8. 31 Pecunia aereus reipublice. Novell. 8. cap. 10. §. 2. Novell. 149. cap. 2. 32 De donationibus, sacra forma, & de adfessoribus, Index Regium, adde l. 1. §. 27. ff. de leg. 1. l. 1. c. 78. Goth. Vid. Gudeium de iure Novissimo lib. 1. cap. 8. mon. 10. Ripartium, par. 5. cap. 11. Aut.

mus constitutionis nostrae, dicentis, donantem, & si non sit stipulatus 2 traditionem, necessitatem habere tradere donatum. Non enim ad defraudationem, neque ut literae sint nude, interpositum convenit conficere instrumentum. Animum quoque advertimus & ad Gincia 3 legis veteris legislationem (quam beneficentia a tua legislatione removit dudum reipublica) talia lege includentem seu tractantem, qualia in praesenti controversia fuerunt. §. 1. Et sancimus: Si quemadmodum donationem, valere ipsam ex modo omni, per viri silentium illico ab initio, (secundum nostram constitutionem) ex quo facta fuit, ita 6 ut quavis postea vir in hypothecam dederit 7 rem, vel in pignus tradiderit, non tamen praesentem videri ipsum, quandiu superest erit, silentem, & traditionem ipsam (sive intervenit) dare ipsi exceptionem; five non intervenit, praebere & exactiorem; si 8 quidem stipulatio intervenit, per ex stipulato: si minus per ex lege condictionem in quantum id quod donatum est. §. 2. Et illud etiam constitutum in gestis, omnibus modis ipsam silentio confirmari. Si vero minime innuatae manserint, exceperit autem mensuram indigentem insinuatione, usque 9 ad tantum duntaxat ipsa valere usque ad quantum & non insinuatam donationem valida esse a nobis constitutum est. Hoc enim in extremo constituitur, obtinere idem volumus, & non propter adfectionem quantitatis, excidere & id quod recte se habere poterat. Quod quidem & super universitatis donationibus iam lex 10 nostra dicit. His obtinentibus non solum in viro & uxore, fed etiam in aliis personis, inter quas quae in matrimonio sunt donationes, prohibentur.

C A P. II. Secundum etiam insuper capitulum a tua excellentia interrogati sumus. An post constitutionem 11 nostram volentem ex libera & inscriptio 12 natis quospiam postea liberos propter matris conditionem existentes, oportere eximiam, tamen nec adscriptitii facti sint secundum [jus] antiquum, tamen omnino 13 colonos factos esse: propterea quod alia nostra constituto etiam colonorum liberos non permittit relinquere 14 terram, fed manere colonos, & multo magis hoc esse oportet, quandoquidem est in his personis proliis inscriptio prospia. Haec igitur in interrogacione erant tua, & hoc erat dictum capitulum. Oportet enim nostram considerantes mentem, nosse quia nunquam nos libere hoc ipsum scilicet, nempe libertatem convenire ex libera natis matre. Si igitur ex 15 libera quis & inscriptio nascatur, manet quidem liber, & maternam non abicit illo modo ingenuitatem. Indicat autem a nobis postea constituto 16, quae vult tales habitatores regionum manere, & agrorum cultores, tanquam ibi natos. Hoc enim coloni 17 vult appellatio. Non concedimus igitur ipsi licentiam relinquere quidem regionem, ad alia vero se recipere: fed si quidem omnino nati fuerint quidam in aliquo praedio, si quidem ex adscriptitia matre, manifestum est eos omnino inscriptios fore: si 20 vero ex libera, manent quidem liberi: 21 quae ab illa adquisita sunt, sub illis erunt, neque peculium sicut dominorum, non 22 egredientur vero ex praedio, fed illud colent, neque erit eis licentia hoc quidem relinquere, alia vero circumire aliena, nisi si domini fiant possessionis ejusdem proprietate, & alia colere, & in ea migrare: quandoquidem omnibus modis ipsos manere sancimus in praedio, liberos quidem constitutos, habitatores 23 tamen detentos, & hoc quidem haec tenus constitutum est.

C A P. III. Sed ex qua modum visum est nobis, & illud quaesitum nostra iudicacione dignari. Si enim inscriptitia mulier ad 24 inscriptum aliquos praedii ad alium pertinentem venerit conjugium, quaesitum est de prole, si liberi ex his nascantur, utrum debeat ad dominum viri ad dominum mulieris pertinere prolem? Sancimus igitur si quid tale fat, & convenient ad invicem diversorum dominorum adscriptitii, quandoquidem ea quae ad fortunam eorum pertinent non sint in controversia posita, ventem non libero existente, sint quidem progeniti, adscriptitii: non tamen omne dabitur matri neque ejus domino, fed si quidem unus genitus fuerit filius, ventis 25 feminis praefertor, sicut domini matris ad quod erit progenitum. Sin impar 26 filii existentibus, duo quidem sint matris, unus vero patris, & rursum si quingue, tres quidem ex genitis sint domini matris, duo vero patris: & secundum hoc incrementum, numerus progenitur, id quidem quod in aequalitatem dividi potest dividens ex aequo, quod vero exsuperat, tanquam gratiosius illud distribuitur. Oportet enim ipsam dignari majore studio, ut quae & parturient 28 & pepererit, & nutriet, supra eum qui voluptatis superfluum, pueri fecerit originem.

C A P. IV. Quae igitur hac sacra pragmatica forma comprehensa fuit, tua gloria in similibus casibus custodire festinet. Etenim & communem de hoc scribitur legem, ipsa quidem & alia quaedam reformantes, quae quidem necessitate legislationis esse credimus. Dat. 5. Idus Septembris. Constantinus. DN. JUSTIN. PP. Augusti. ARIONE 29 V. C. CONS.

1 l. 35. C. de donationibus. §. 2. Infit. de dona. 2 Id est, est non promissit. 3 Te Zoritis. Sic. R. in Sententia: Had. & male. Lex enim illa sententia de manumissionibus, non donationibus. Goth. De lege Gincia sine contra de donationibus meminit Tacit. Annal. 21. §. 4. Vid. etiam Ranchin. var. lect. lib. 5. cap. 7. §. 1. 4 lit non fit immoedia. 5 Ut sit infinita. 6 Abrogatur lex 12. C. de donat. inter virum & uxorem. l. 32. §. 5. ff. de donat. inter virum. 7 Ut si donatorum rem a se donatum alienaverit 8 Ut per inerte non vitatur, l. 21. in fin. ff. de donat. l. 34. Cod. de donat. 9 Id est, l. 1. §. 2. C. de agros. 10 Adscriptitio. 11 Novell. 53. c. 1. 12 C. de donationibus. 13 Ut si donatorum rem a se donatum alienaverit 14 Ut per inerte non vitatur, l. 21. in fin. ff. de donat. l. 34. Cod. de donat. 15 C. de agros. 16 Adscriptitio. 17 Ex libera & adscriptitio nascitur liber, l. 1. §. 2. C. de agros. 18 Adscriptitio. 19 C. de agros. 20 C. de agros. 21 C. de agros. 22 C. de agros. 23 C. de agros. 24 C. de agros. 25 C. de agros. 26 C. de agros. 27 C. de agros. 28 C. de agros. 29 C. de agros.

mus constitutionis nostrae, dicentis, donantem, & si non sit stipulatus 2 traditionem, necessitatem habere tradere donatum. Non enim ad defraudationem, neque ut literae sint nude, interpositum convenit conficere instrumentum. Animum quoque advertimus & ad Gincia 3 legis veteris legislationem (quam beneficentia a tua legislatione removit dudum reipublica) talia lege includentem seu tractantem, qualia in praesenti controversia fuerunt. §. 1. Et sancimus: Si quemadmodum donationem, valere ipsam ex modo omni, per viri silentium illico ab initio, (secundum nostram constitutionem) ex quo facta fuit, ita 6 ut quavis postea vir in hypothecam dederit 7 rem, vel in pignus tradiderit, non tamen praesentem videri ipsum, quandiu superest erit, silentem, & traditionem ipsam (sive intervenit) dare ipsi exceptionem; five non intervenit, praebere & exactiorem; si 8 quidem stipulatio intervenit, per ex stipulato: si minus per ex lege condictionem in quantum id quod donatum est. §. 2. Et illud etiam constitutum in gestis, omnibus modis ipsam silentio confirmari. Si vero minime innuatae manserint, exceperit autem mensuram indigentem insinuatione, usque 9 ad tantum duntaxat ipsa valere usque ad quantum & non insinuatam donationem valida esse a nobis constitutum est. Hoc enim in extremo constituitur, obtinere idem volumus, & non propter adfectionem quantitatis, excidere & id quod recte se habere poterat. Quod quidem & super universitatis donationibus iam lex 10 nostra dicit. His obtinentibus non solum in viro & uxore, fed etiam in aliis personis, inter quas quae in matrimonio sunt donationes, prohibentur.

C A P. I. Aceptam igitur & hanc nostram curam ferentes domino Christo, & salutaris passionis, neque non sanctae resurrectionis ejus, merito & ipsi in praesentia hanc pro reipublica largitionem offerimus, per quam concessimus in universum omnibus agricolis pariter & collatoribus, (idem publicorum tributorum, in quadriennium partendum: hoc est quartam vero alteram & pro decima, quae hanc fecutura est, confimiliter, & pro undecima & dimidietate, unicuique quartam portionem, una eademque opera dimittentes & consuetudines, quae quocunque modo aliquibus hoc nomine praebantur.

C A P. II. Remittimus autem his & praeteriti 36 temporis reliquiones, usque ad finem proximae praeteriti quintae indictionis. Ac sancimus ne qua fiat exactio pietissimarum nobis condonarum praestationum, five maximam praestationem respiciant sacrorum orientalium praetorum, five praestationem Illyricanarum, five praestationem insularum, atque praestationem militarium in Scythia & Mytia ordinum, aut sacras nostras largitiones, aut denique alium magistratum: interdentes decurionibus, neque non susceptoribus, & quicunque vel exactiorem vel susceptoribus nem publicorum exactores, aut expedit tributorum, ne per vastitatem excogitatis contra agricolos & collatores utantur artibus: aut etiam praedictorum dominos, ut diversos ex reliquis indultis pro se inficiant, aut consistant pecuniae obligationes, aut adfessiones, aut confessiones, aut confessiones nostram factam aut futuram circumscriptiorem hritam: cum illud constat, quod si qui nostram anteverentes largitionem ex reliquionebus jam inde a quinta indictione factis aliquid exceperit, neque id percipisse videbuntur: omnibus modis publicis id rationibus inferent. Nam ut collatores beneficio afficeremur, praesentem ipsis benignitatem impartiri sumus, non autem his 37 qui publica tributa suscipiunt, & in gentium infirmitatibus: nullo modo embola 38 (hoc est annua specierum transmissio, ut in condita & ad militares sumptus habeantur) dimittenda. Oportet enim universum frumenti aliarumque specierum modum consueto se solito more & tributis, & importari: pretis quartae indultae ad mensam publicam cum aliis, quae in auro ab ipsis contribuantur, estimandis solvendisque e publico. Idemque hoc in Oltrens & Mesopotamia peragetur eorum gratia, quae pro reconditis & militari sumptu in speciebus conferuntur. Confimiliter & in speciebus, quae ploimae 39, quali navius transportandae dicuntur, quae proveniunt in Lazica, & Bosphoro, & Cheronefo, percipient enim harum pretia ex publico, prout in mensis praetorum ordinatum fuerit, unde haec impenduntur, ut & ipsi nostra in hoc perstruantur benignitate. Earum enim tabulis existat impensa, & publicas (ut ita dicamus) res in unum conciliet. Credimus autem, & ex hac nostra largitione magna reipublicae incrementa futura, Deo omnia nobis fausta pro huiusmodi actiones praebente: ea quae pro subditorum utilitate a nobis disposita sunt, transcedere praesentibus, tam de substantia, quam de ipsa periclitandis salute.

C A P. III. Quae igitur nobis placerunt, & per praesentem sacra declarantur legem: ea programmatis tua gloria tua, tam in alma urbe, quam etiam per provincias omnibus manifesta faciet, ut neminem nostra lateat munificencia.

TIT. XLVII. DE REVELATIONE TRIBUTORUM PUBLICORUM. NOVELLA CONSTIT. CLXIII. P R E F A T I O.

Resantissima inter homines bona sunt iustitia 32 & benignitas: quarum altera aequabiliter suum cuique tribuit, neque appetit ditare egentes liberat. Haec ornare firmareque Imperium, haec conferre rempublicam, haec pulchre firmareque Imperium, haec conferre Unde & nobis ex quo divinitus Imperii sepra suscepimus, magno affectu est studio, ut undique tam bonis actionibus conspicui sumus; quo magis si utiles nos praebamus subditis, ex virtute & gloria remunerationem habeamus. Ac scimus quidem mutua illa, & omnimoda hominum exitia ad tantam inopiam possessiones redegit, ut neque reditus possint suis producere possessoribus, neque satis idonea publica inferre tributa. Atque haec militari & alio necessario sumptu imminente, vehementerque nos impellente, dum multis undequaque bellis alon ferretur, ut crebriores pecuniarum collationes faciamus. Inde adeo non solum curas in eam rem impendimus, quam ratione fieri possit, medium: cumque in multis nostra circa haec distraheretur sententia, centem collatoribus imperitorum medelam, & quod communibus deeffer sumptibus, hoc in ejus vicem introduceretur ex thesauris principibus.

C A P. I. Aceptam igitur & hanc nostram curam ferentes domino Christo, & salutaris passionis, neque non sanctae resurrectionis ejus, merito & ipsi in praesentia hanc pro reipublica largitionem offerimus, per quam concessimus in universum omnibus agricolis pariter & collatoribus, (idem publicorum tributorum, in quadriennium partendum: hoc est quartam vero alteram & pro decima, quae hanc fecutura est, confimiliter, & pro undecima & dimidietate, unicuique quartam portionem, una eademque opera dimittentes & consuetudines, quae quocunque modo aliquibus hoc nomine praebantur.

C A P. II. Remittimus autem his & praeteriti 36 temporis reliquiones, usque ad finem proximae praeteriti quintae indictionis. Ac sancimus ne qua fiat exactio pietissimarum nobis condonarum praestationum, five maximam praestationem respiciant sacrorum orientalium praetorum, five praestationem Illyricanarum, five praestationem insularum, atque praestationem militarium in Scythia & Mytia ordinum, aut sacras nostras largitiones, aut denique alium magistratum: interdentes decurionibus, neque non susceptoribus, & quicunque vel exactiorem vel susceptoribus nem publicorum exactores, aut expedit tributorum, ne per vastitatem excogitatis contra agricolos & collatores utantur artibus: aut etiam praedictorum dominos, ut diversos ex reliquis indultis pro se inficiant, aut consistant pecuniae obligationes, aut adfessiones, aut confessiones, aut confessiones nostram factam aut futuram circumscriptiorem hritam: cum illud constat, quod si qui nostram anteverentes largitionem ex reliquionebus jam inde a quinta indictione factis aliquid exceperit, neque id percipisse videbuntur: omnibus modis publicis id rationibus inferent. Nam ut collatores beneficio afficeremur, praesentem ipsis benignitatem impartiri sumus, non autem his 37 qui publica tributa suscipiunt, & in gentium infirmitatibus: nullo modo embola 38 (hoc est annua specierum transmissio, ut in condita & ad militares sumptus habeantur) dimittenda. Oportet enim universum frumenti aliarumque specierum modum consueto se solito more & tributis, & importari: pretis quartae indultae ad mensam publicam cum aliis, quae in auro ab ipsis contribuantur, estimandis solvendisque e publico. Idemque hoc in Oltrens & Mesopotamia peragetur eorum gratia, quae pro reconditis & militari sumptu in speciebus conferuntur. Confimiliter & in speciebus, quae ploimae 39, quali navius transportandae dicuntur, quae proveniunt in Lazica, & Bosphoro, & Cheronefo, percipient enim harum pretia ex publico, prout in mensis praetorum ordinatum fuerit, unde haec impenduntur, ut & ipsi nostra in hoc perstruantur benignitate. Earum enim tabulis existat impensa, & publicas (ut ita dicamus) res in unum conciliet. Credimus autem, & ex hac nostra largitione magna reipublicae incrementa futura, Deo omnia nobis fausta pro huiusmodi actiones praebente: ea quae pro subditorum utilitate a nobis disposita sunt, transcedere praesentibus, tam de substantia, quam de ipsa periclitandis salute.

C A P. III. Quae igitur nobis placerunt, & per praesentem sacra declarantur legem: ea programmatis tua gloria tua, tam in alma urbe, quam etiam per provincias omnibus manifesta faciet, ut neminem nostra lateat munificencia.

TIT. XLVIII. DE REVELATIONE TRIBUTORUM PUBLICORUM. NOVELLA CONSTIT. CLXIV. P R E F A T I O.

